



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCXCVIII. Das Domcapitel in Brandenburg belehnt Henning Possin mit der Hälfte des Rietzer See's, am 13. Januar 1374.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CCXCVII. Der Kaiser Karl und der König Wenzel bestätigen dem Bischof und dem Domcapitel ihre Gerechtsame, am 10. September 1373.

Wir Karl, von Gotis Gnaden Römischer Kaiser etc., vnd wir etc. bekennen etc., das wir bestetigt haben und bestetigen mit diesem Briese dem erwirdigen Ditrichen, Bischoffe zu Brandenburg, dem Capitel und der Kyrchen dofelbist alle yre Rechtikeit, Freiheit, gute Gewonheit und alle yre Lehen, Erben, Eygen und Guter und auch alle ihre Briese uber yre Lehen, Erbe, Eygen, Pfantschaft und Guter, uber yre Rechtikeit, Freiheit, gute Gewonheit, die sie haben von allen unsen Vorfaren, Marggraffen zu Brandenborch, stete und gantz zu halden und yn die nicht tu ergernde noch tu krenkende, sunder allerley Argelift. Mit Urkund etc. Geben zu Stendal, nach Crists Geburt, dreitzien hundert Jare darnach in dem drey und sibentzigsten Jare, am Suntag nach unser Frawen Tag Nativitatis, unfers des vorgebanten Keisers Karls Reiche in dem acht und zwentzigsten und des Keiserthums in dem newntzehnden Jare, und unfer vorgebanten Kunig Wentzelus Kunigreichs in deme eylefsten Jaren.

Nach dem Originale.

CCXCVIII. Das Domcapitel in Brandenburg belehnt Henning Poffin mit der Hälfte des Nießer See's, am 13. Januar 1374.

Nos Otto, dei gratia prepositus, Bertramus prior totumque capitulum ecclesie Brandeb. recognoscimus per presentes, quod constitutus coram nobis Henninghus Pofyn, frater Nicolai Pofyn, quondam civis nove civitatis Brandeb. ostendens litteram sigillis honorabilium virorum ac dominorum videlicet domini Thyderici prepositi, Wylhelmi prioris et totius capituli ecclesie Brandeb. predictae sigillatam, cujus tenor dinoscitur esse talis: Nos Thydericus etc. (vgl. No. 246 vom Jare 1351.) Idem Henninghus Pofyn rogans nos efficaciter, medietatem dictorum bonorum per nos sibi conferri in pheudum, sicut de jure tenemur; nos igitur Otto, dei gratia prepositus memoratus, de consensu domini Bertrami prioris et totius capituli dictae ecclesie Brandeb. ad requisitionem prefati Henninghi Pofyn medietatem dictorum bonorum eodem jure et eadem libertate, quo jure et qua libertate nos eadem bona dinoscimur habuisse, dicto Henningho Pofin in pheudum contulimus ac conferimus in hiis scriptis. Insuper in pheudum contulimus ac per presentes conferimus eidem Henningho Pofyn tertium frustum annuorum reddituum in aquis predictis Dempstar pro melioratione, omni jure et libertate, ut prius existat prenarratum, adicientes, quod, si aque iste ultra III. frustum exponerentur, illud in detrimentum dicti Henninghi nullatenus debet redundare. Si autem infra III. frustum exponerentur, hoc nobis in dampnum nullatenus redundabit. Sed collatio dictorum bonorum eidem Henningho et suis pheudalibus heredibus masculini sexus pro parte sua et suorum heredum pheudalium invariabiliter debet stare super III. frustum reddituum, nobis in aquis predictis nichil reservantes quoad bona iam dicto Henningho collata, nisi sex denarios in signum proprietatis. Que bona omnia et singula cum eorum meliorationibus et accrescentiis, quando contigerit dictum Henninghum inter suos legitimos pheudales heredes sine legitimis pheudalibus heredibus masculini sexus decedere, ad nos et ecclesiam Brandeb. devolvi debent plene jure. Ut autem hec collatio et omnia premissa robur firmitatis

habeant, prefens scriptum nos Otto prepositus prefatus et Bertramus prior et capitulum diete ecclesie Brandeb. nostrorum sigillorum appensione fecimus firmiter roborari. Datum Brandeb. anno domini M^o. CCC^o. septuagesimo quarto, in octava epiphani. domini.

Nach dem Originale.

CCXCIX. Nicolaus, Einnehmer der päpstlichen Cammer, bekundet, daß der Erzbischof Peter von Magdeburg, mit seinen Suffraganbischöfen 6000 fl. als den von der Römischen Curie aufgelegten Zehnten entrichtet habe, am 11. März 1374.

Nos Nicolaus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Majejensis, collector camere apostolice, a venerabili domino Helya de Voldronio cantore ecclesie Xantonensis, apostolice sedis nuncio, per provinciam Magdeburgensem deputatus, tenore presentium recognoscimus, quod reverendissimus in Christo pater ac dominus, Petrus, archiepiscopus ecclesie Magdeburgensis, una cum suis suffraganeis in sex millibus florenorum nomine decime eis imposte certis termino et loco persolvendis concordavit et ob reverentiam sedis apostolice compatiendo suffraganeorum suorum penuriis in supplementum predictorum florenorum plus debito exposuit. Datum Merseborch anno domini MCCCLXXIV. undecima die mensis Martii nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach neuerer Copie.

CCC. Der Bischof Dietrich bestätigt die von seinem Vorgänger Ludwig vorgenommene Veräußerung des Sees u. bei Prißerbe an das Domcapitel, am 2. Mai 1374.

Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus ecclesie Brandenburgensis, universis tam presentibus quam futuris, cupimus fore notum, quod pro parte honorabilium virorum, dominorum prepositi et capituli nostre ecclesie Brandenburgensis, quedam littere domini Lodovici, quondam episcopi Brandenburgensis, predecessoris nostri felicis memorie donationes et appropriationes continentes nobis sunt oblate et humiliter supplicatum, ut eas auctoritate nostra ordinaria confirmare earumque tenorem in nostris confirmationum litteris ad majorem cautelam et perpetuam ipsarum firmitatem et auctoritatem inferere dignemur. Nos igitur hujusmodi supplicationi favorabiliter annuentes, inspectis per nos eisdem litteris, donationibus et appropriationibus ac omnibus et singulis in eis contentis et plenius examinatis et cognitis diligenter, ipsas litteras, donationes appropriationes ac omnia et singula in eis contenta in omnibus et singulis suis clausulis et articulis ratas et gratas habemus et tenemus ac tenore presentium nostra auctoritate ordinaria approbamus et in dei nomine confirmamus et ad majorem cautelam dictorum prepositi et capituli ac evidentiore rei fidem, auctoritatem et perpetuam firmitatem totum ipsarum litterarum tenorem de verbo ad verbum ex certa nostra scientia presentibus duximus inferendum, qui talis est: Nos Ludewicus etc. (es folgt die Urk. vom J. 1340., No. CCXXIV.) In evidens testimonium premissorum prefens scriptum nostri sigilli appensione fecimus communiri, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Johanne de Schulenborch, canonico Halberstadenfi et Nicolao dicto de Machenow, plebano in Teltow,

Sawitz. I. 88. VIII.

39